

SCHEMA DI REGESTO

PERGAMENA N. 8

COLLOCAZIONE:

Comune di Atessa- Archivio storico

SERIE:

Fondo pergamene n. 8

DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:

Incarico a Tommaso di Ortona di riscuotere
le tasse agli Atessani

ESTREMI CRONOLOGICI:

05 febbraio 1305

CONDIZIONAMENTO:

Contenitore di ferro

SUPPORTO:

Membranaceo

DIMENSIONI:

Altezza 30 Larghezza 40,5 Diagonale 50

NUMERO DELLE CARTE:

1

NOTE:

Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:

Napoli, 5febbraio 1305

Il re Carlo II informa Tommaso di Ortona, capitano di Atessa, di avere concesso con una prima lettera del primo dicembre 1304 al figlio Raimondo Berengario le 2000 once promesse dall'università di Atessa per rimanere nel regio demanio. Inoltre, un'altra lettera, sempre della stessa data, è stata indirizzata a Lippo Aldebrandini, mercante della società dei Bardi di Firenze, che aveva dato in prestito a Berengario, a nome suo e della società, 2000 once in oro, per comunicargli che dovendo l'università di Atessa pagare 2000 once alla regia curia, tale somma, già donata a Berengario, è stata assegnata per la restituzione del prestito contratto da questi. Carlo II incarica quindi Tommaso di Ortona di raccogliere sollecitamente in Atessa tale somma di danaro per consegnarla ai mercanti fiorentini, avendo cura di riceverne idonea quietanza.

TRADUZIONE:

1. Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comes, Thomasio de Ortona militi capitaneo
2. Aтисе fideli suo gratiam suam et / bonam voluntatem. Scire te volumus quod nos pridem Raymundo Berengario nato nostro carissimo comiti Pedismontis et honoris Montis Sancti Angeli domino, magno regni nostri Sicilie senescallo /
3. licteras nostras concessimus per omnia continentie subsequentis: "Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue,
4. Provincie et Forcalquerii comes. Tenore presentium / notum facimus universis quod, cum homines universitatis terre nostre Aтисе de iustitiariatu Aprutii citra flumen

- Piscarie fideles nostri teneantur nostre curie in duobus milibus unciarum
5. in auro, iuxta promissionem / per syndicos dictorum hominum habentes ad hec plenum posse, prout constitit ex tenore cuiusdam scripti puplici ipsi curie
 6. presentati, in curia nostra factam noviter Bartholomeo de Capua militi logo/thete et prothonotario regni Sicilie, dilecto consiliario familiari et fideli nostro recipienti pro ipsius curie nostre parte, ratione gratie facte per nos dictis hominibus de dicta
 7. terra Atisse / in nostro et regni nostri demanio perpetuo retinenda. Nos ipsa duo milia unciarum in auro Raymundo Berengario nato nostro carissimo comiti
 8. Pedismontis et honoris Montis Sancti Angeli domino, / magno regni nostri Sicilie senescallo, in subsidium prosecutionis quorundam agendorum suorum sibi presentialiter incumbentium, de gratia concedimus et donamus, volentes et
 9. declarantes expresse / ut, si per ignorantiam aut absentiam nostram vel ex aliaquavis causa contingat per nos aut officiales nostros alicui assignationem fieri
 10. in predictis duobus milibus unciarum, ipse nato nostro / sicut premictitur gratiose donatis, assignatio ipsa nullius set roboris seu momenti. In cuius rei testimonium presentes licteras fieri et pendenti maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. /
 11. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem logothetam et prothonotarium regni Sicilie anno domini millesimo trecentesimo quarto die
 12. primo decembris tertie indictionis regnum / nostrorum anno vicesimo". Deinde vero Lippo Aldebrandini mercatori de societate Bardorum de Florentia familiari et
 13. fedeli nostro alias licteras nostras direximus subscripte continentie / post salutem: "Raymundus Berengarius, natus noster, comes Pedismontis et honoris Montis Sancii Angeli dominus ac magnus regni nostri Sicilie senescallus, nobis asseruit
 14. quod tu, tara tuo / quam eiusdem societatis nomine, uncias in auro duo milia ponderis generali eidem Raymundo de tua et eiusdem societatis pecunia mutuasti.
 15. Cumque nos duo milia unciarum in auro, / promissarum nobis per universitatem hominum terre Atisse et infra certos terminos solvendarum, ea scilicet de causa quod nos terram ipsam de nostro nuper demanio fecimus in eo perpetuo /
 16. retinendam, eidem Raymundo donanda duxerimus ipseque Raymundus, ut asseruit, predicta duo milia unciarum in auro per te sebi, sicut preponitur, tuo et
 17. prefate societatis nomine, mutaa/ta, super pecunia per universitatem predictam debita, et per nos ut premictitur eidem filio nostro donata, tibi et eidem societati
 18. pro restitutione iam providerit e', duxerit assignanda, / nos assignationemhuiusmodi gratam et ratam gerimus ac de certa nostra scientia tenore presentium expresse decernimus quod ordinationes et mandata nostra quelibet, sub /
 19. quacumque verborum serie facta iam forsitan aut in antea facienda, assignationi huiusmodi aliquot non obsistant vel alicuius prepediti aut difficultatis adducano
 20. anfrattum, quominus / per te aut alios vel alium de societate predicta prestita duo milia uncias, vobis per eundem Raymundum assignata ut supra ponitur, iuxta
 21. formam et modem assignationis huiusmodi pro / vobis recolligi valeant et haber. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem logothetam et prothonotarium regni Sicilie anno domini millesimo trecentesimo quarto die
 22. primo / decembris tenie indictionis, regnum nostrorum anno vicesimo." Cumque velimus quod idem Lippus, vel alias de societate predicta nomine societatis ipsius,
 23. predicta duo milia unciarum percipere beat / et habere, iuxta predictarum litterarum nostrarum directarum eidem Lippo continentiam et tenorem, fidelitati tue sub obtentu gratie nostre districte precipiendo mandamus quatenus, circa
 24. celerem recollectiōnē dicte summe petunie cum omasi sollicitudinis studio diligenter intendens, eas in auro eidem Lippo Doffo et Daczo Rayneris

25. mercatoribus de societate predicta vel ipsorum alteri presente / tibi litteras assignanti nomine societatis ipsius, in illis scilicet terminis in quibus universitas dicte terre Atisse iam ditta duo milia unciarum in auro nostre curie tenetur
26. exolvere, sine dilatione et difficultate solvere et exhibere procures et exinde recipias a predictis mercatoribus, vel illo ex eis cui vel quibus pecuniam ipsam
27. exsolveris, apodixam ydoneam ad / cautelam, ordinatione facta per nostrani curiam de omni fiscali pecunia regni nostri ad nostrani cameram destinanda seu
28. mandatis nostris quibuslibet sub quacumque verborum serie factis / iam forsitan aut in antea faciendis executioni presentibus non obstantibus quoquo modo.
29. Significaturus nobis et viro nobili Bartholomeo Siginulfo de Neapoli, Thelesie comiti, magno regni Sicilie camerario, diletto consiliario familiari et fideli nostro, singulas solutiones, quas exinde eisdem mercatoribus duxeris auctoritate
30. presentium faciendas, prescriptas autem litteras nostras eidem nato nostro concessas et alias eidem Lippo directas, quas usque ad integrum satisfactionem
31. faciendam sibi vel alii de societate predicta de dieta petunie summa penes eum volumus remanere, postquam integre satisfactum fuerit eisdem mercatoribus de
32. predictis duobus milibus unciarum ab eodem / Lippo recipere studeas producendas in tuo computo laceratas. Datum Neapoli in camera nostra anno domini millesimo trecentesimo quinto, die V februarij III indictionis regnorum /
33. nostrorum anno vicesimoprimo.